mnum quidem decem librarum auri sustinere, similiter autem & ipsos casui cinguli subjacere, & eorum officia. Defensores autem, & patres civitatum trium librarum auri multari pœna, & in capite sustinere periculum, si quod tale factum comperientes non punierint, aut hoc agere valentibus non nuntient, sed latere permiserint.

CAP. IV.

UT autem palam fiant quæ a nobis prohibita sunt, a privatis, & aliis quibusdam, citra eos qui in sacris nostris fabricensibus referuntur, fieri, aut privatis vendi arma: & hoc per præsentem legem significare curavimus. Prohibemus enim [1] privatos operari & emere arcus [2], & sagittas, & spathas, & ensES, quæ vocare consueverunt semispathia [3], & quæ vocantur Zabæ [4], sive loricæ, & contos [5], & quolibet modo vel figura factas lanceas, & quæ apud Isauros nominantur monocopia [6], & appellatos sitinnos [7], seu missilia, insuper & aspidas, sive scuta, & galeas, seu cassides: non enim ista alii cuidam instruere sinimus, præter eos qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus, solos autem fieri (& vendi a privatis) & privatis vendi permittimus cultellos minores, quibus nullus in præliis utitur. Præsentem igitur legem generalem tua celsitudo in hac proponat regia civitate, nec non & per alias civitates nostræ reipublicæ, ut omnes agnoscentes quæ placuerunt nobis, hæc observent.

CAP. V.

DEnunciamus autem futuris præesse hujusmodi custodiæ chartulariis ex memorato fabricensium scrinio, quia ex negligentia non solum pecuniarias sustinebunt pœnas, sed etiam in corpore supplicia patientur, & militia cadent. insuper nec ipsum ulterius permitti a nobis scrinium in hujusmodi adesse solicitudine, sed aliis committi fabricensium curam.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc legem declarata sunt, tua celsitudo, & qui post te in cingulo fuerint, operi terminoque contradere festinent: indignationem nostram & ipsi metuentes, nisi rem sic utilem reipublicæ custodierint.

TIT. XV.

UT [8] DIFFERENTES JUDICES AUDIRE INTERPELLANTIUM ALLEGATIONES, COGANTUR AB EPISCOPIS HOC AGERE: ET UT QUANDO IN SUSPICIONEM [9] HABUERINT JUDICEM, PARITER AUDIAT CAUSAM ET CIVITATIS EPISCOPUS: ET DE CAUTELA ALIA QUAM OMNINO OPORTET EPISCOPUM AGERE.

NOVELLA CONSTIT. LXXXVI.

Imperatoris Justiniani Augusti edictum.

PRÆFATIO.

EX quo nos Deus Romanorum præposuit imperio, omne habemus studium universa agere ad utilitatem subjectorum commissæ nobis a Deo reipublicæ, & illa facere quæ omni difficultate & læsione atque contritione privent: ne occasione litium, & aliorum quorundam discedere cogantur a propria patria, & in peregrinis affligi.

CAP. I.

PRopterea igitur & in præsenti prospeximus præsens edictum ad omnes dirigere subjectos, & palam facere omnium civitatum & vicorum habitatoribus, quatenus si quis habuerit contentionem adversus alium, sive [10] de pecuniaria causa, sive de sublatione rerum mobilium & immobilium, seseque moventium, sive de criminalibus, prius interpellet clarissimum provinciæ judicem, & ut ipse secundum nostras leges examinet ea, quæ proponuntur, & unicuique justitiam servet. Si vero dum aliquis adierit judicem provinciæ, non meruerit justitiam, tunc jubemus eum adire [11] suum sanctissimum episcopum, & ipsum mittere ad clarissimum provinciæ judicem, aut per se venire ad eum, & præparare eum ut omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni justitia secundum nostras leges, ut non cogatur perere gre de sua patria proficisci: Si vero etiam sanctissimo archiepiscopo compellente judicem cum justitia determinare interpellantium causas, judex differat discernere negotium, & non servet litigantibus justitiam: jubemus sanctissimum civitatis illius episcopum dare ad nos literas ei qui non meruerit quod justum est, insinuantes quia coactus ab eo judex distulit audire interpellantem, & judicare inter eum & qui ab eo conventus est: ut hoc cognoscentes nos supplicia inferamus judici provinciæ, qui interpellatus ab eo qui injustitiam passus est, & coactus a sanctissimo archiepiscopo, non judicaverit quæ in dubitationem venerunt.

CAP. II.

SI [12] vero contigerit quendam nostrorum subjectorum in dubitationem habere judicem, jubemus sanctissimum archiepiscopum audire cum clarissimo judice: ut ambo [13] per amicabilem conventum dissolvant quæ dubia sunt: ut aut per annotationem [14] scriptis factam, aut cognitionaliter [15] judicetur inter litigantes: & forma [16] detur justitiæ legibusque conveniens: ut non cogantur nostri subjecti propter hujusmodi causas recedere [17] a propria patria.

CAP. III.

SI quis vero existimans habere se adversus aliquem quamlibet actionem, neque clarissimum provinciæ judicem interpellet, neque sanctissimum civitatis episcopum adeat, & ita [18] veniat huc absque literis Deo amabilis episcopi civitatis: sciat quoniam & ipse tales sustinebit pœnas, quales futurus esset sustinere judex, si interpellatus ab eo non studuisset ei servare justitiam. Hæc autem omnia sancire perspeximus propter utilitatem eorum qui habitant per civitates & vicos: ne privati propriis provinciis, & ipsi in peregrinis affligantur, & res eorum lædantur. Propterea enim judices gratis facimus, & jusjurandum eos jubemus subire, ut unicuique interpellanti justitiam servent secundum nostras leges.

CAP. IV.

SI tamen contigerit quendam nostrorum subjectorum ab ipso clarissimo provinciæ judice lædi, jubemus eum adire [19] sanctissimum illius civitatis episcopum: & ipsum judicare inter clarissimum illius provinciæ judicem, & eum qui putatur lædi ab eo. Et si quidem contigerit judicem legitime & juste judicari a sanctissimo episcopo: satisfaciere eum omnibus modis ei qui interpellavit adversus eum. Si vero refutaverit judex hoc agere, & pervenerit ad nos ipsa lis: si quidem invenerimus quia juste & secundum leges aditus a sanctissimo episcopo, ea quæ condemnatus est, non fecit: novissimis [20] eum suppliciis subdi præcipimus: quoniam qui debet vindicare oppressum, ipsum opprimere reperitur.

CAP. V.

SEd etiam subjectum ei officium [21] jubemus cum omni studio & administrantes clarissimis judicibus interpellantes absolvere, nihil [22] accipientes præter illa quæ nostris constituta sunt legibus. Si vero hæc non custodiant, subdi jubemus suppliciis [23].

CAP. VI.

SI tamen invenerimus quendam sanctissimorum episcoporum pro gratia cujuspiam prodere justitiam, regularem [24] ei castigationem inferri jubemus: ut studeant cum timore Dei juste judicare: ne non impetrantes justitiam, cogantur homines relinquere proprias civitates atque provincias, & in [25] loca quælibet alia iniqua concurrere.

CAP. VII.

IN civitatibus autem in quibus non sunt judices [26], jubemus eos qui habent causas, adire [27] defensorem, & ipsum discernere inter eos. Si vero litem habentes voluerit defensorem una cum sanctissimo episcopo judicare, & hoc agi præcipimus.

CAP. VIII.

NEque autem monachum, neque clericum, neque episcopum jubemus venire huc absque [28] literis sanctissimi sui patriarchæ. Si vero hoc fecerint, sciant quia semetipsos schemate faciunt indignos.

CAP. IX.

SI quis autem magisterianus, aut præfectianus [29] aut cujuscunque fortunæ existens acceperit amplius sportularum quam definitum est sacris nostris constitutionibus: jubemus omnibus modis judicem provinciæ periculo proprio secundum nostram legem hoc vindicare, & vindictam inferre hoc præsumentibus. Si vero non vindicaverit hoc ipse judex, licentiam damus sanctissimo uniuscujusque civitatis episcopo nunciare nobis quæ de eis aguntur, & qualem habet militiam, aut dignitatem, qui hoc præsumpserit: ut & judici periculum inferamus prætermittenti & despicienti nostram jussionem, & ipsum quoque jubeamus puniri talia præsumentem.

TIT. XVI.

DE MORTIS CAUSA DONATIONE [30] CURIALIUM.

NOVELLA CONSTIT. LXXXVII.

Antonio Contio interprete.

PRÆFATIO.

CUrialium fraudes nihil posse ferre damni Reipublicæ, sed resistere legem talibus curiis [vel consiliis] omni volumus modo. Cognovimus enim, quemadmodum, postquam interdiximus curialibus donationum modum, non concedentes ipsis possessionem immobilem donare [31], neque in testamento relinquere ultra [32] tres uncias, sed dodrantem omni modo Curiæ servare, illi calumniantes legem, excogitaverunt tales aliquas fraudes contra ipsam legem. Scientes enim quod nos invenientes vetustos legumlatores, dubitantes de mortis causa donatione utrum donatio an legatum sit, & illos quidem connumerantes ipsam donationi, quosdam vero legatis, ea quæ pluribus [33] & optimis legislatoribus visa sunt eligentes, legatum [34] ipsam esse omnimodo decidimus, nec [35] confectione monumentorum egere, sed licentiam habere facere ipsam & inserere ipsi etiam certos fines quos donator voluerit, & si hoc fecerit, licentiam habere renunciare etiam huic ipsi facultati, qua possit pœnitere super talibus donationibus, revocare [36], & quos utique voluerit terminos inserere mortis causa donationibus, sicuti *Julianus* sapientissimus constituit, quod quidem nos in trigesimo nono [37] nostrorum Digestorum scripsimus. Omnia enim comprehendimus

1 Arma portare prohibitum, v. Socin. *regula* 30. 2 *Edictio Justiniani* 8. *c.* 3. Armorum genera observa. 3 Απὸ καλοῦ ἡμισπάθια παρωνομάζουσι. *Scrimg.* quæ parameria vocant. Julian. *hic*, n. 300. Cedrenus τῷ παρωνομίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐξέτεμε. Porro παρωνομία dicuntur, quod femori accingantur. Semispathia quæ hic appellatur, Vegetius 2. vocat Semispathas, eadem forma, qua Tull. 3. *de legibus*, Semilucas dixit. 4 Zabæ, loricæ. *Jul. Sudd. in verbo* ζαβαρείον. 5 Καὶ κόντους. Κόντος δόρυ. *Hesych.* 6 Μονοκόντια. *Scrimg.* monocontia. *Jul.* 7 Ζιτίννης. *Scrimg.* Zibynus, quos missilia vocant. Jul. *hic.* Ennius sibinas. vid. Cujac. *hic.* Hesychio ζιβύνια sunt λογχίδια μικρά. Glossis vero ζιτίον est venabulum. 8 Ut præfidi suspecto in audiendis litibus adjungatur episcopus, *Index Reg.* 9 Vid. Jul. *constit.* 69. *num.* 260. & 220. & *sequentibus.* 10 Lis est aut de pecunia, aut de re mobili, immobili, vel movente se, aut de crimine. 11 Si præses provinciæ preces provincialium contempserit, provincialibus licet de ea re conqueri apud Episcopum. Jul. *d. n.* 269. 12 Hinc sumpta est authentica, *Si vero, C. de jud.* 13 Episcopo scil. cum præside confidente, Jul. *n.* 250. 14 Vel more παραπημιώτων, eos audiant, Jul. *hic.* adde *Nov.* 82. *c.* 4. 15 Sive scriptura. 16 Sententia. 17 *c.* 6. *in fin. T. hic.* 18 Jul. *n.* 251. 19 Adde *l.* 4. *C ad l. Jul. repetund.* 20 Id est, ultimis suppliciis. Ultimum supplicium mors, *l.* 21. *ff. de pœnis.* 21 Id est, officiales, ministros, apparitores. 22 Jul. *hic*, *n.* 253. 23 Ultimis *Jul.* aut quadruplı pœnæ & exoletioni illos subdi, *Scrimg.* 24 Id est, ex libris regulis pœnas subjicitur, Julian. *num.* 254. 25 Vid. *c.* 2. *in fin.* 26 Præsides provinciæ. 27 Jul. *num.* 255. 28 Jul. *num.* 256. *Novell.* 6. *c.* 3. 29 Ἡ ἡπαρχικὸς. *Scrimg.* agens in rebus. Julian. *hic*, *n.* 257.

30 De diversis donationibus a curialibus faciendis, Julian. *consf.* 80. de donationibus factis a decurionibus. *Index Reg.* 31 Inter vivos *Novell.* 38. 32 *Novell.* 45. 33 Id semper sequendum est, quod pluribus & optimis videtur. 34 Mortis causa donatio legatis comparatur, *l.* 4. *C. de don. caus. mort.* 35 Mortis causa donatio non eget insinuatione *l. ult. C. de don. caus. mort. l.* 15. *in fin. l.* 37. *ff. de mort. caus.* 36 Mortis causa donatio revocari potest. 37 *tit.* 6. *l.* 16. 17. 18. *ff. de mort. caus.*

in

in brevi & quæ vetustis & quæ nobis placita sunt. Hoc igitur scientes putaverunt oportere secundum modum hunc facere quasdam mortis causa donationes & inserere pacta secundum legem ad auferendum potestatem sibi ipsi super donatione pœnitenti, eam revocandi. Alium vero terminum ipsis placentem addere ipsis donationibus, ut inde ipsis nimirum liceat facere donationes a revocatione liberas, & ita suas minuere substantias.

CAP. I.

ETsi autem ex his quæ jam lege sancivimus adempta est omnis illis occasio plus dodrante relinquere queundi, vel in testamento relinquendi, vel per donationis modum alienandi, tamen ut adhuc etiam magis ipsorum fraudem compescamus, idcirco & nunc *sancimus* nemini [1] curiali neque per mortis causa donationem licere donare quid, præterquam tantummodo per antenuptialis donationis modum pro seipsis aut propriis liberis factæ aut per dotis occasionem, quatenus ipsa nostra constitutio dicit, etiam filiabus donare nubentibus: siquidem aliter ipsos non posse donare certum est res immobiles, sed ipsas manere semper apud ipsos curialibus obnoxias functionibus, sola ipsis venditione concessa, & ipsa secundum Novellæ nostræ constitutionis observationem. Mortis causa donationibus suam vim habentibus, & valentibus cæteris hominibus, exceptis [2] curialibus, facere dictas mortis causa donationes in quascunque voluerint personas, & conditiones ipsis imponere, & renuntiare (liquidem hoc voluerint) pœnitudini concessæ circa pactionis revocationem: manere quippe oportet rem etiam sic in mortis causa donationis conditionibus, (hoc enim insuper sancimus) & tales donationes firmas esse & stabiles, quod quidem non nunc primum lege statuimus, sed jam lege statutum, & nunc per nostram interpretamur & corroboramus vocem in omnibus aliis personis, præter solos, ut dictum est, curiales: idque propter ipsam nostram erga rempublicam curam & studium.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & hac lege manifestata sunt, tua gloria custodire studeto, in primis utilitati Reipublicæ providentiam impertiens.

TIT. XVII.

DE DEPOSITO [3], ET DENUNCIATIONIBUS INQUILINORUM, ET DE [4] SUSPENDENDA ADMINISTRATIONE [5] PANUM.

NOVELLA CONSTIT. LXXXVIII.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

LItem nuper audientibus nobis (hoc quod in imperio publice sedentes multoties agimus) orta est aliqua quæstio, quam resolvimus statim: hujusmodi vero discentes contingere multa communi & generali lege definire hoc justum esse arbitrati sumus.

CAP. I.

SI [6] enim quis ab aliquo capiat aurum aut res aliquas depositi causa in quibusdam conditionibus, deinde illi agant: necessitatem habeat omne restituere aurum aut res, conditionibus semel impleris, & nulla omnino licentia sit aliquibus [7] extrinsecus interdictionibus uti, & retinere depositi restitutionem: cum & alia multa privilegia [8] tam a præcedentibus legislatoribus, quam a nobis ipsis data sunt: licentia enim est prohibenti redditionem, eum quidem, cui creditum est depositum, non molestare: eum vero de rebus quæ in quæstione sunt, qui aurum, aut res aliquas accepturus est, litem sortiri, & justitiam & legem promereri: sed ne per hanc causam damnis magnis subjiciat eum qui interdictionem suscepit, & compellatur aut defensiones expetere, aut res habere, & non possit voluntarie eum deponente benigne agere: quod si tale aliquid egerit (omnino enim oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione: sed [9] etiam timorem inferre justum transgressoribus) sive perditionem contigerit rerum aut pecuniarum fieri, & hoc probetur, sive alium quemcunque casum fortuitum, ipsum respicere qui contestationem dixerit. Insuper etiam ex quo facta est hujusmodi contestatio, usuras pecuniarum usque ad tertiam [10] centesimæ cognoscere prohibentem accipere propria: non solum si aurum fuerit quod depositum est, restitui vero prohibitum: sed & si aliæ res sint: ut hoc timore stultorum simul, & perversorum maligne versandi, in depositionibus homines cessent.

CAP. II.

De his qui denunciant ne civiles annonæ, vel pensiones solvantur [11].

SEd & totum hoc quod de mandatis est, & aspicere, & constituere secundum legem providimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac præcipue civitate & aliquos interdicentes eis qui ministrant publicas [12] annonas, & tesseras [13] accipiunt ab annonarum præfecto, volentes suspendi administrationem: & eos qui ex hoc solummodo forsan nutriuntur, defraudari administratione, per quam eis omnis tributatur vitæ occasio. Huic autem rei severius & difficilius illud est: multis [14] enim domos possidentibus in hac felicissima civitate [15], qui imbanchiti [16] non videntur, mox futuris pensiones ab inquilinis accipere, calumniantur per interdictiones inquilinis dirigentes, ut non inferant eis. Illi [17] vero ultra [18] eas suscipientes, quidam propter inopiam forsan comedunt eas: quidam vero & exules a magna hac fiunt civitate, & decidit omnino pensionum administratio iis qui ex hoc forsan solo nutriuntur, secundum quod occurrentes in civilibus annonis diximus.

§. 1. Nemini [19] igitur damus hujusmodi licentiam: sed unusquisque si aliquam habeat causam ad obnoxium sibi, non obdormiat: in liberalibus [20] autem perversitate omni plenius aspiret interdictionibus. Cognoscat enim, quia si tale aliquid egerit, & per occasionem ejus cecederit aut administratio panum, aut pensionum datio ex hoc accidens ipse sustinebit periculum, mox quod interdictionem [21] inquilinis & ministrantibus panem miserit, aut suspenderit annonam: nihil enim horum agi omnino volumus: sed ex quo interdictiones egerit, sancimus eum omne damnum sarcire domino rerum: super hoc & usuram & tertiam centesimæ agnoscere pecuniarum, aut rerum quas non accipere per eum is qui secundum hunc modum læsus est, voluit. Et neque aliquis opponat defensiones, quia qui præsens est ei exactionis domino danti defensionem aut in deposito, aut in aliis recipere rem propriam, non enim omnibus [22] est facile fidejussorem præbere nostris legibus, nullam defensionem omnino ratam esse ponentibus, nisi [23] cum fidejussione fiat, fidejussorem enim omnino dandum idoneum non facile neque possibile passim est. Et propterea igitur ad securitatem nostrorum subjectorum volumus hoc custodiri a modo, & de cætero omni tempore, ut immortale sit hujus nostræ sanctionis juvamen Reipublicæ, quæ judicantibus quidem nobis in mentem venit, præsentem vero legem commune juvamen nostris peperit subjectis.

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc divinam manifestata sunt legem, operi effectuique tradere, & in perpetuum observare festinet.

1 Περὶ τῶν τέκνων. De liberis naturalibus vide Julian. *consf.* 82. de filiis naturalibus. *Index Regine.* adde *Novell.* 74. *L.* 4. *C. Tit.* 6. 2 *l.* 1. *Cod. de natural. lib.* Coth. Vid. in hanc Novell. Gudelin. de *Jure Novissf. lib.* 1. *c.* 16. & *lib.* 2. *c.* 10. Rittershus. *part.* 4. *cap.* 12. & *part.* 7. *cap.* 6. Anf. 3 Id est, pristino naturalium jure.

NOVELL.

4 Nepotes, ut & filii legitimari possunt. 5 Bono melius invesiri potest. 6 *d. tit. de natur. lib.* 7 Ἐξ τῶν ἐκτὸς τόπων. *Scrimg.* Id est, in tractatu de tutoribus, intelligit autem legem ultimam *C. de confirmand. tutor. reg. ult. Coll. quando mulier tutela offic. fung.* 8 Id est, ex libris regulis pœnas subjicitur. 9 Id est, officiales, ministros, apparitores. 10 Id est, trientes. 11 Jul. *hic*, *num.* 310. 12 Τὸ δημόσιον σιτηρέσιον ἢ τὴν ὑφορὰν ποιοῦσιν. 13 Tesseræ annonarum accipiebantur ab annonarum præfecto. 14 Græcus textus ita habet, πολλοὶ γὰρ τοῖς οἰκίας κεκτημένοις κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν διατελοῦντες, κἀκεῖνα μᾶλλον τὰ συγγενόμενα παρὰ τῶν οἰκούντων λαμβάνειν ἐπιχειροῦσι τοῖς ἐνοικεῖν εἰδόσιν, ὅτι μὴ καταβαλεῖν ἐν αὐτοῖς, id est, multi enim domos possidentibus in hac felicissima civitate invidentes, ut pensiones domorum ab inquilinis accipiant, denunciant testatione facta, ut ne inquilini pensiones solvant proprietario seu edium domino. 15 Sensus est corruptus, quem ita restitue: Illud omnium incommodius est, quod plerique dominis ædium *invidentes*, die pensionis cedente, inquilinis denunciant, testato, ne pensionem solvant. 16 Mirum unde vox hæc, imbanchiti, irrepleris: nisi si ἅπαξ legis & ignarus interpretatus *τὸ βασκάνοντες*, quod in Græco textu est, in hanc vocem nullius sensus commutarit. 17 Inquilini. 18 Id est, ultro ad libenter. 19 Denunciatione injusta creditoris, si quod detrimentum debitoris deposito fuerit illatum, creditor debitori damnum refarcire tenebitur. 20 Hic locus valde depravatus est: lege itaque: *illiberalibus autem & omni perversitate plenis abstineat interdictionibus.* 21 Vid. *l. ult. ff. de lege commissoria.* 22 Fidejussorem invenire vel dare non est omnibus facile, *l.* 33. §. 2. *C. de ædif.* vid. quæ dixi ad *l.* 3. *C. de verb. sign. l.* 5. §. 1. *ff. ut legatorum fin. fiderit.* 23 Defensio nulla est sine fidejussore.

COLLATIO SEPTIMA.

TIT. I.

QUIBUS MODIS NATURALES [1] EFFICIUNTUR SUI, ET DE EORUM EX TESTAMENTO SIVE AB INTESTATO SUCCESSIONE.

NOVELLA CONSTIT. LXXXIX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

NAturalium nomen Romanæ legislationi dudum non erat in studium, nec quælibet circa hoc fuerat humanitas, sed tanquam alienigenum aliquid & omnino alienum a republica putabatur: a *Constantini* vero piæ memoriæ temporibus in constitutionum scriptum est libris [2]. Deinde paulatim in mediocritatem clementemque sententiam Imperatores transeuntes, leges posuerunt: alii quidem & dari & relinqui aliquid eis a patribus concedentes: aliqui autem etiam adinvenientes modum per quem naturali jure priore [3] liberati legitimi fierent, & paterna substantiæ successores: paulatimque etiam ad nepotes [4] processerunt hujusmodi legislationes: & quoniam in nostra tempora venerunt, & eorum qui paulo ante nos fuerunt, multam varietatem causa suscepit. Nos enim duplex habuimus studium, & plurimos in libertatem perducere homines ex priore servitute, & ex naturalibus ad legitimos elevare: non enim ultio & interdictio despicienda est: sed quod est in necessitate, curandum est: & diffugiendum quidem quod malum est, inveniendum [5] vero undique quod melius est. Quia igitur aliqua quidem in constitutionum Codice [6], quam ex omni priorum imperatorum legislatione collegimus, de naturalibus scripta sunt filiis: quædam vero in [7] libro Institutionum: de his autem nos constituimus, aut jam perfecta comperimus, & nos ipsi plurimas fecimus de his constitutiones, alias quidem in prædictarum collectione constitutionum, alias autem etiam posteæ: ne causa sit disperſa, bene se habere credidimus, in una constitutione totum colligere, quæ pro omnibus sufficiat ea quæ de naturalibus sunt, corrigere atque sancire.

CAP. I.

De liberis naturalibus.

PAlam namque est, quia hominum alii [1] quidem liberi simul consistunt, & inter legitimos sunt: alii vero hoc prius non habentes, postea fiunt, & ex servis ad liberos ascendunt, & ex naturalibus ad legitimos. Alii vero ex ipso hoc naturales sunt, & quædam eis successiones existunt: alios autem neque naturales esse decet, sed etiam hoc monstrantur indigni [2]. Oportet igitur nos ita facere constitutionem, ut nullus ignoret quæ possunt in naturalibus valere: dicimus autem inchoantes legem, qui consistunt naturales, quibusque modis procedunt ad legitimos, (quorum plurimos invenimus nos) & quæ sunt horum successiones, & quomodo quidem vetustas usa est his amare, quomodo nos humane. Nec illud quoque relinquitur, qui nec naturalium digni sint, sicuti diximus, appellatione. Natura [3] siquidem ab initio, dum de filiorum procreatione fanciret, scriptis nondum politis legibus omnes similiter quidem liberos, similiter autem produxit ingenuos. Primis namque parentibus primi filii, similiter quidem liberi, similitèr autem legitimi a [4] creatura fiebant: bella vero & lites, atque libidines, & concupiscentiæ causam deposuerunt ad aliud schema. Servitutem namque invenit bellum [5]: naturales autem castitatis [6] casus: lex autem rursus hujusmodi delicta curans, libertatem [7] servis molita est, & multum de his tractavit, modos introducens dena millia, imperatoriæ vero constitutiones aperuerunt iis [8] quæ non recte facta sunt, ad jus legitimum vias. quod non transitorie neque nos sancimus, neque subjectos hanc legem negligenter audire præcipimus. §. 1. Legitimi siquidem successores procedunt hominibus ex nuptiis [9], quas contrahunt aut cum dotalibus instrumentis, aut etiam absque eis, sic ad fœminas masculis convenientibus, ut ab initio habeant ad eas legitimarum nuptiarum affectum [10]. Et hoc enim in calumnia positum nos respicientes, lege decrevimus, quid in [11] iis quidem, qui fortunæ dignitate provecti sunt, quid autem in mediocri hominum statu agendum sit ad demonstrationem [12] legitimarum nuptiarum: quid vero deinceps permissum est plebi [13]. Quapropter nuptiis [14] procedentibus, ex hoc ipso sunt successiones certæ: & si inter legitimos [15] connumerentur, mox lex introducit successionum modos, plurimum de his tractans. Legitimum igitur jus sic se habet. Quod vero non est hujusmodi, sed liberum quidem, non [16] tamen ex nuptiis procedens legitimis, aut etiam in servitute natum: si libertatem quidem meruerit, manserit autem naturale: hoc modi varii ad jus legitimum ferunt, quos enumerantes, sic etiam reliqua sanciemus.

CAP. II.

De primo (hoc est per oblationem curiæ) modo legitimationis.

PRimus itaque modus est legitimi juris existens civitatibus mox utilis, quem Theodosius piæ & novæ introduxit memoriæ. Sancitum namque est ab eo, *ut possit naturales filios, aut omnes, aut aliquos offerre curiis, aut filias curialibus* [17] *copulare*: & quoniam modus iste non simplicem habuit legislationem, sed varie de oblationibus dictum est, & de successionibus, quomodo ipsi, & quorum heredes existant, & qui rursus ad jus eorum hereditarium accedant: justum credimus hoc primum legislationis disponentes capitulum, ita ad reliquos modos qui ad legitimorum jus ferunt, accedere: quæ enim inde sunt facile omnino est dicere.

§. 1. Si quis igitur fuerit naturalium filiorum pater, five curialis existens, five liber a curia, licentiam habebit, omnes, aut quosdam ex eis, five legitimorum sit filiorum pater, five etiam non, sed solummodo naturalium, offerre curiæ [18], licet forte illustris dignitatis sint filii suscepti: nisi tamen dignitas interceserit talis, quæ homines, licet curiales sint, ab hac fortuna liberos facit. Oblationis autem modus sive fiat a patre adhuc superstite, cum quispiam in commune filium offerret, (hoc namque gestum est in Philocalo naturali filio, curiali a parte in Boltronorum [19] civitate) & hoc ipsum dicit secundum inspectionem ibi factam, & ita eum offert, sicut a Leone piæ memoriæ scripta dicit constitutio: sive ergo secundum hunc modum fiat aliquis a patre pronunciatus curialis, sive eum pater sub gestis monumentorum offerat, sive moriens in testamento conscribat oportere fieri curialem: deinde ille amplectatur scripturam: legitimus mox fiet, naturalium jure omnino liberatus: sive etiam mortuo patre semetipsum filius aut filii offerant: non existente qudem legitima fobole, etiam sic erunt legitimi & curiales. Proinde pater quidem etiam existentibus legitimis offert curiæ non legitimos filios: qui vero per semetipsum ad hoc procedit, tunc solummodo auditur, cum nullus legitimorum filiorum existit. Hoc itaque de oblationibus sit, quod indifferenter sancitum est a nobis, in hac præsenti lege reconditum: non autem simpliciter neque fortunæ oblatione: oportet enim modos facere manifestos secundum quos offerantur. §. 2. Si quis igitur ex qualibet oriatur civitate, five curialis, sive etiam liber hujusmodi sit fortuna: licebit ei suum naturalem offerre filium curiæ illius unde oritur civitatis. Si vero [20] nec civis ipse consistat, sed ex villa quadam aut vico sit oriundus: illi a patre offeratur civitati, aut semetipsum offerat, sub qua civitate villa aut vicus tributa persolvit [21]. Palam vero est, quia siquidem pater eum, aut avus offerat, aut aliquis ascendentium parentum, & liberos habentes filios, hoc agere poterit: si [22] vero ipse quispiam semetipsum offerat, hoc permittimus, cum [23] non alii legitimi sint fratres. §. 3. Si tamen aliquis offerre volentium suos naturales curiis, aut ex maxima hac oriatur civitate, aut ex seniore Roma, huic damus licentiam, in quam voluerit metropolim oblationem celebrare: & hanc esse regulam etiam in filiabus, ut jungat [24] eas curialibus aut ex civitate ipsa ex qua orti sunt, aut sub qua villa aut vicus tributa persolvit, aut si quis liber simul & Romanus, aut Byzantius fuerit, cuicunque curialium alterius cujuspiam, metropolis [25] tamen. Sic itaque nobis curialium diligentia est, & iste modus placet juris legitimi, quia damus curialium naturalium existenti solummodo filiorum patri, licet ex ancilla eos habeat, & liberos facere, & offerre curiæ secundum quod prædictum est. Et adhuc amplius sancimus de causa, ut vel si non pater offerat, liber autem semel filius fiat: possit & semetipsum offerre curiæ, etiam hic legitima non existente prole.

CAP. III.

De successione curialium.

ET quoniam varie etiam de hujusmodi personarum successione sanciturn est: non videtur absurdum nobis & de successione, sicut prædiximus, terminare. Si quis igitur naturalis secundum hoc schema, (id est oblationis) fiat curialis: erit patri & ab intestato [26] successor & ex voluntate: nihil dissimilis legitimis, & ex donatione [27] percipere poterit patris: ita tamen, ut non amplius habeat uno horum qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente. Cum semel autem illi susceperint oblationem, & propterea ad jus legitimorum ascenderint: non sinimus eos abstinere se patrum hereditate, aut videri quasi donationem in se factam, & ratam habitam ab eis, relinquere, & fortuna recedere. Manentes itaque curiales, relictam aut donatam (sicuti dudum a nobis dictum est) habebunt mensuram. §. 1. Si vero ab initio refutaverint oblationem, manere liberi præponentes, licet naturales, quam fieri ditiores & curiales: deinde videantur postea aut in totum, aut ex parte possidere res donatas, aut relictas sibi, aut etiam alienare: tenebuntur omnind, curiali fortuna etiam inviti [28]: ut non adulterari nobis videantur legislationem & lucra quidem venentur, quæ occasione oblationis sint: repellant autem fortunam propter quam lucra promeruerunt. Et hoc similiter sancimus & in masculis oblatis curiæ, & in filiabus nubentibus curialibus: nulla existente differentia sive per masculos quispiam curiæ munera agat, sive per generos curiam in filiabus augere voluerit, & per illorum filios novos adjicere prioribus curialibus filios eorum.

CAP. IV.

FIlium vero per hujusmodi causam factum legitimum, ipsi soli [29] genitori legitimum facimus, non etiam extraneæ cognationi patris, (dicimus autem & ex quibus ille natus est, & qui ex utroque sunt, & qui ex eo processerunt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblatum curiæ naturalem filium solummodo patri legitimum fieri successorem, nullum tamen habere participium ad ascendentes, aut descendentes, aut ex latere agnatos vel cognatos patris: aut illos aliquod habere participium ad illorum successiones: æquum etiam ei dantes privilegium, ut sicut nec cognatis patris sit iste successor, sit nec illi ad ejus vocentur successionem, nisi forte scripserit aut ipse illos, aut ab illis scribatur, soli enim patri fiunt legitimi, & cognati esse creduntur.

CAP. V.

EErgo sanciendum est qui factis ita legitimis efficiantur successores. Et si quidem habuerit filios qui talis est, aut nepotes de legitimis sibi procreatos uxoribus & merito etiam curiales constitutos: modis omnibus ei [30] succedant: quid enim legalius [31] est proprio filio ad paternam successionem? si vero filios habuerit non curiales quandoque sibi progenitos, tunc legitima mensura veniat ad fiscum & curiam: reliquum vero quantumcunque fuerit, ad illos filios qui curiales non sunt, accedat. Si vero etiam generaliter nulla [32] ei sit proles, & moriatur intestatus: nosvem quidem uncias curia & fiscus habeat: secundum quod dudum a nobis sancitum est: in reliquis autem tribus unciis, qui ex lege vocantur omnibus modis venient: aut si testatus fuerit, ad scriptos descendent heredes. Semel autem factum curialem lex suscipiens, & inscribens curiæ, & successiones, & aliam omnem ordinatam dedit vitæ successionem & quæstum. Si quis autem vel ex genere, vel extraneus, scriptus forsan, aut etiam non scriptus, voluerit adire imperium, & semetipsum offerre curiæ: licentiam habeat hoc agendi, & distributam curiæ partem accipiens, fieri curialis, & tam fortunæ quam functionum successor, si hoc imperium annuerit.

CAP. VI.

SI quis autem legitimos quidem filios non habeat, naturales [33] autem ei solummodo sint: liceat ei curiæ honore scribere eos heredes: & scriptura pro omni oblatione consistat, & non egeat hoc antiquarum legum alia adjectione, neque oblatione, dum superstites essent: sed ex [34] hoc ipso scripti si liberi sint, curiales simul & heredes fiant, habeant ipsi substantiæ *novem unciar*, sicut pater eis distribuerit: sin autem etiam totum eis relinquere voluerit, adhuc faciet melius: venientibus oblatione Curiæ, legitimis liberis existentibus, §. 3. *in fin. T. hic.* 24 Julianus id ita explicat, Ubi quidem pareas dat, non impediunt legitimi filii: ubi filius esse dare voluit, impeditur filiis legitimis superstitibus. adde *l.* 9. *C. de suis & legitim. lib.* 25 Byzantium ac Roma, sedes imperii, senatum habent, non Curiam. Quæritur ergo, qua ratione oblationes curiæ naturales suos filios legitimos possint facere? Permissum est Romanis ac Byzantinis tali casu Curiæ alicujus metropoleos liberos suos naturales offerre. Plures enim metropolis sub regiis urbibus erant constitutæ. 26 Naturalis legitimatus oblatione Curiæ succedit patri ab intestato. 27 Legitimato parens donare potest, quantum legitimo. 28 Legitimatus oblatione Curiæ, munus Curiæ non potest effugere, etiamsi patris, per quem legitimatus est, successione abstineat. 29 Oblatione Curiæ, filius fit legitimus, sed tamen ei soli, per quem oblatus est, fit legitimus, non autem aliis personis ascendentibus, descendentibus, aut collateralibus, etiamsi possit heres ab his intitui. 30 Legitimato parenti liberi ac nepotes curiales succedunt. Non curiales extra parte succedunt: pars reliqua ad Curiam defertur, si partum curiales, partim non curiales parens reliquit: illi novem uncias, hi tres consequentur. 31 Ναυκόπερον, id est, cuinam lex magis deferri patris successionem, quam filio? Filius, ergo heres. Hoc utitur argumento Paulus Apostolus epistola ad Galatas *c.* 4. *vers.* 7. vide *l.* 11. *C. de suis & legitimis. l.* 7. *ff. de bonis damnat.* 32 Curiali fine liberis mortuo, quomodo succedatur. 33 Quomodo liberi naturales succedant legitimato parenti. 34 Naturalis filius a parente Curiali scriptus heres, tacite intelligitur oblatus curiæ, & ita legitimatus.

usque

1 Personarum divisionem observa. Hominum alii liberi, alii libertini, alii servi, adde *l.* 2. *in fin. ff. de iusti. & iure*, alii legitimi, alii naturales tantum, alii legitimati, alii ne naturalium quidem nomine digni sunt. *Gath.* Vide Gudelin. *de Jure Novell. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. Ant. 2 Incestuoso concubitu natos intelligit. 3 *c.* 9. *J. de. t. Novell.* 74. *c.* 1. 4 Παρὰ τὴν δημιουργίαν, id est, ab ipsa procreatione. 5 Prima servitutes bello inventæ *l.* 5. *ff. de iustitia. l.* 4. *l.* 5. *ff. de statu hominum.* 6 Σωφρονισμὸς ἐκστατικός. 7 Manumissionis beneficium. 8 Τοῖς ἐκ θρόνου γινομένοις, id est, his, qui recte nati non sunt. Naturales enim ex obliquo descendunt. 9 Nati ex legitimis nuptiis, legitimi sunt parentum successores. 10 Nam citra affectum nuptiarum conjunctio nuptias non efficit. Conjunctio non probat nuptias, sed affectus. 11 Hominum alii in dignitate positi, alii in mediocri statu, alii plebeji. 12 Probationes aliæ requiruntur ad nuptias clarissimorum arguendas, aliæ ad reliquorum hominum demonstrandas. 13 Vid. *Nov.* 74. *cap.* 4. 5. 14 Justis nuptiis susceptis, certum jus succedendi habent. 15 Legitimi liberi, jus certum succedendi habent. 16 Liberi quæsiti extra nuptias legitimas, vel in servitute, jus certum succedendi non habent. 17 Vid. §. 1. *J. hic.* 18 Oblatione Curiæ filii legitimantur ex *pr. J. hic.* §. 13. *Inst. de nupt. l.* 3. *l.* 4. *C. de nat. lib.* 19 Ex hoc loco legendum est in *l.* 4. *C. de nat. lib.* Bostra, non nostra. Bostra autem est civitas Arabiæ, *Nov.* 102. 20 Nati ex vico aut villa fiunt naturales oblatione Curiæ. 21 Id est, cujus in territorio vicus est. Jul. *hic.* Probatur ita territorium civitatis alicujus, jure in eo exigendi vectigalia, *l.* 4. §. 2. *ff. de censibus.* 22 Liberi naturales offerri Curiæ possunt vel a patre, vel ab avo & ascendentibus, vel a seipsis. 23 Naturales non sunt legitimi

usque ad novem uncias omnimodo eis relinquat, sciens quia si reliquerit minus, a lege modis omnibus supplementum [1] substantiæ fiet: illi vero si voluerint, curiales fiant. Si vero aliqui quidem eligant, aliqui vero refutent: ad eos qui eligunt refutantium veniant portiones. Si vero omnes renuerint, tunc tanquam filiis non existentibus, ita ad curiam veniant novem unciæ omnes. Si vero ille quidem tacuerit, filiorum vero legitimorum ei non sit proles: tunc legitima quidem pars ad heredes ab intestato veniat: filii vero naturales si voluerint, semetipsos offerre curiæ, hoc faciant sicuti voluerint, five omnes, five quidam ex iis: & modis omnibus novem unciæ substantiæ ad curiales aut curialem perveniant. Si vero etiam ex ancilla ei nati sunt, si eos manumiserit aut vivens, aut in testamento obtulerit eos, etiam sic suscipiantur, & sint curiales sicut testator voluit, aut sicut eorum desiderium fuit, offerentes enim semetipsos curiæ, percipient (sicuti dictum est) novem uncias: undique enim volumus, vel si testetur, vel si non facta voluntate decesserit, eos qui ad curiam veniunt, novem uncias accipere. Si vero manumiserit quidem solummodo, non tamen obtulerit, aut illi etiam sic volunt, aut quidam ex eis ad curiam respicere: etiam tunc novem unciæ curiam agenti vel agentibus secundum quantitatem dentur. Si vero nullus naturalium aut velit, aut offeratur, tunc novem uncias curia percipiat. Palam quippe est, quia simul sequitur ubique fiscus secundum constitutionem de hoc a nobis positam. De naturalibus itaque qui per transitum [2] ad curiam fiunt legitimi, & de modo secundum quem offeruntur, & successionibus, hæc a nobis pure sancita sunt.

CAP. VII.

TRibus [3] autem aliis constitutionibus scriptis Zeno quidem piæ memoriæ, non [4] de futuris aliquid plene sancivit, sed de jam præteritis: quam scribi ideo solummodo permisimus, ut eos quibus illa forte constitutio prodest, quod descendit eorum exinde proles, non hac utilitate privaremus: sicut etiam Anastasii piæ memoriæ, quæ naturales adoptare contribuit, non esse importunam de cætero nostris subjectis permittimus, nisi ad hoc positam solummodo sinimus, ut si qua utilitas aliquibus exinde reposita est, hanc non videamur per nostras amputare leges. Oportet enim semper aliquod inchoare bonum, non ea quæ a quibusdam præexistunt, destruere: nostri enim patris [5] approbamus constitutionem, temperate quidem introductam, & ordinate positam: quæ [6] adoptiones naturalium prohibuit, multam absurditatem habentes, & indiscrete velut advenas quosdam legitimis naturales superinducentes.

CAP. VIII.

De secundo legitimationis modo per instrumenta dotalia [7].

REliqui igitur sunt modi, qui a nobis inventi sunt, quos percurremus, legitimum jus præbentes eis qui erant primitus naturales: circa quorum successionem non laboravimus: semel enim eos efficientes legitimos, damus habere etiam successiones illas, quas habent ii qui ab initio legitimi sunt. Si quis igitur dotalia [8] scripserit ad liberam in principio, five ad libertam mulierem, cui omnino licet copulari, in concubinæ schemate sibi, aut legitimorum filiorum jam pater existens, aut etiam filiorum naturalium pater, legitimas esse nuptias, & filios vel [9] præcedentes, vel conceptos, legitimos ei esse sancimus. & licet [10] postea non nascantur filii ei, aut etiam nati moriantur, nihilominus prior foboles legitima consistit. Affectus enim circa filios ita ei procedens, qui eum etiam ad dotale provocavit instrumentum, ipse dedit secundis filiis occasionem, qui postea nati sunt, legitimi juris. Quapropter absurdum erat, benignam occasionem, quam posteri sibi filii invenerunt ex prioribus fumentes: eam non etiam prioribus legitimum jus simul & fine calumnia circa patrum dare successiones. Palam enim est, quia juniores filii ex lege facti sunt sui, hoc initium dotalibus præbentibus. Quapropter unum amborum fecimus ordinem, & de cætero calumnias plurimis abstulimus constitutionibus: illud dicentes: Ut vel si non habuerit filios postea pater, dotalia tamen exposuerit instrumenta: etiam sic nihilominus suos habeat filios. Ut enim nascerentur ei filii alii, casus quidam forte potestatem & licentiam habuit: licet etiam natos auferre [11]: affectionis vero probationem quæ in prioribus fuit natis, hoc est ante dotalia instrumenta, præbentem legitimum jus, nihil tale fuit quod auferre omnino potuerit. §. 1. Insuper etiam ex rationalibus hoc adjectum est caulis, quod si ante dotalia conceptus [12] quidem est filius, natus autem post dotalia: auxiliator sui sit: qui etiam ex prioribus constitutionibus hoc facere potuit, & quædam a nobis inventa est ratio regularis optime narrans de ordine nascentium. Cum enim dubitaretur utrum oporteat conceptus, aut partus respici tempus, sancimus, ut non tempus conceptus, sed partus inspiciatur, propter filiorum utilitatem. Si vero contigerit tales aliquas excogitari circumstantias casuum, in quibus est utilius conceptionis tempus quam partus: tempus illud valere magis præcipimus quod [13] utilius fit nascenti.

CAP. IX.

De tertio modo legitimationis per Principis Rescriptum.

ILlud tamen a nobis sancitum est: Ut si quis voluerit legitimam suam facere fobolem, & non habuerit uxorem talium filiorum matrem, aut filios quidem valde diligat, mulier autem non sine peccato sit apud eum, neque digna [14] sit quolibet legitimo nomine: & propterea aut moriente muliere aut legitimo jure non digna in matrimonio putanda, aut causa a filiis maligne tractata aut ex studio muliere celata, aut a filiis, aut forte aliter ei divitiis accedentibus, ne jure legitimorum usum pater & fructum defuncta matre tanquam sub potestate filiis constitutis habeat. Si [15] quis ergo filios legitimos non habens, sed tantummodo naturales, ipsos quidem legitimos facere voluerit, mulierem vero in promptu non habeat omnino, aut habeat quidem, non tamen sine peccato [16], aut si non appareat, aut aliter dotalium instrumentorum non habeat facultatem: (quid enim si ad facerdotium [17] alter eorum ascendat?) damus [18] ei fiduciam (hoc quod dudum gessimus) ad legitimum jus filios educere naturales, legitimis, sicuti prædiximus, non existentibus, per quandam hujusmodi viam. Sicut enim sunt modi, qui servos ad libertatem simul & ad ingenuitatem deducunt, & naturæ restituunt: ita si pater non habuerit legitimam prolem, & voluerit eos restituere naturæ & antiquæ ingenuitati, five ex ingenua nascuntur ei, five ex liberta, & legitimos de cætero & sub potestate habere: hoc agat per nostrum rescriptum. non enim fuit in principio, quando natura hominibus sanciebat sola, antequam scriptæ procederent leges, quædam differentia naturalis atque legitimi: sed primis parentibus primi filii (sicut præsentem inchoantes diximus legem) etiam ipso processu [19] nati, legitimi fiebant. & sicut in liberis natura quidem fecit liberos omnes, bella vero servitutem adinvenerunt: sic etiam hinc nobis natura legitimas protulit soboles: ad [20] concupiscentiam vero facta conversio, naturale jus eis inseruit. Quapropter similibus passionibus exortis convenit curam ex æqualibus inveniri, aliam quidem a prioribus nostris, aliam vero a nobis. §. 1. Sit igitur licentia patri in prædictis casibus matrem in priore [21] schemate relinquenti, imperio preces offerre, hoc declarantes, quia vult naturales suos filios restituere naturæ & antiquæ ingenuitati, & juri legitimo: ut sub potestate ejus consistant, nihil a legitimis filiis differentes: quo facto, ex hoc filios frui hujusmodi adjutorio. una namque hoc modo omnes hujusmodi naturæ digressiones & opiniones in his qui legitimos non habent filios, curamus: sic brevi solatio tantum impetum naturæ corrigentes.

CAP. X.

De quarto modo legitimationis per testamentum patris a principe confirmatum.

SI vero is qui solummodo naturalium filiorum est pater, per quosdam fortuitos casus non valuerit hoc agere, moriens autem sub quodam prædictorum casuum scripserit testamentum [22], volens sibi legitimos esse filios successores: & in hoc damus ei licentiam & fiduciam, supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris, & hoc dicentibus, & ostendentibus patris testamentum, & heredibus existentibus secundum legem: hoc quoque donum habeant patris & principis, id est dicere, naturæ [23] simul & legis [24].

CAP. XI.

GEneraliter autem in omnibus qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum jus, tunc hoc volumus obtinere, dum & filii hoc ratum habuerint. Nam si solvere [25] jus patriæ potestatis invitis filiis non permissum est patribus, multo magis sub potestatem redigere invitum filium & nolentem, five per oblationem ad curiam, five per instrumentorum celebrationem, five per aliam quamlibet machinationem, tanquam fortem [26] metuentem paternam, justum non est: neque imperii & legislatoris [27] ponimus proprium [28]. §. 1. Si vero plurimis existentibus filiis, alii quidem eligant, alii respuant: hi qui volunt legitimi fieri, fiant, aliis in jure naturali manentibus: & hoc dicimus, nullum priorum legitimorum perimentes modum, sed hunc adjicientes aliis, in quibus illos accipere non licet. omnino enim legitimis [29] existentibus, deinde naturalibus provenientibus, nequaquam jus legitimorum eis adjicitur, nisi omnino aut per curiam aut per nostras constitutiones, quæ dotalium instrumentorum introduxerunt modum. §. 2. Adoptionis [30] autem modum, qui fuit olim a quibusdam [31] ante nos imperatoribus super naturalibus putatus non improbus, invenientes: secundum [32] paternæ [33] constitutionis virtutem & nos (sicuti dictum est), excludimus, quoniam castitatem non perfecte consideravit. Et non erit decens, ut quæ bene [34] exclusa sunt, in rempublicam rursus introducantur. Quapropter his a nobis sancitis atque manifestatis quo conveniat modo ad civitatem Romanam legitimorumque jus transire: nihil de successione super talibus est dicendum. Nam sicut in cæteris ab initio legitimis oportet etiam in his fieri successiones.

CAP. XII.

De successione omnium naturalium [35] *filiorum.*

DIscretis igitur & iis qui facti sunt legitimi, & iis qui manserunt naturales: ordinandum est jam etiam de successionibus eorum. Valenti siquidem & Valentiniano, & Gratiano [36] divæ memoriæ primis placuit humanum aliquid agere circa naturales. Et liquidem sit naturalium patri legitima soboles, una [37] uncia eos dignos esse fecerunt, & hanc cum sua matre; non donari, neque ex ultima dari voluntate ulterius aliquid permittentes: si vero filii quidem non sint naturales, conquis invitus in potestatem redigitur, *l. ult. ff. de his qui sui vel al.* Paul. 2. *sent.* 25. §. *ult.* ut enim cui plus licet, eidem minus permissum est: ita cui minus non licet, & majus quoque ei denegandum est, vid. quæ scripsi ad *l.* 21. *ff. de reg. jur.* adde etiam quæ de initio dixi ad *l.* 69. *l.* 156. *ff. de reg. jur.* 26 Τύχαι, sensus est: patria potestas res est maximus, sed ea tamen tanti non est, ut eius habita ratione, invitum filium lex aut imperator in patris potestatem redigat, vid. tamen *l.* 12. *ff. de adoptionibus. l. unicam in C. de ingratis lib.* 27 Καὶ νομοθεσίας. id est, legislationis. neque imperatori, neque legibus potestas ea data est, nec mirum, cum omnia principi non sint permissa. vide quæ dicam ad *Nov.* 105. *cap.* 2. *in fin.* 28 Extantibus legitimis parens naturales legitimare non potest, nisi vel contracto matrimonio cum eorum mate vel eos curiæ offerendo. vide Jul. *cons.* 82. *n.* 221. 29 *c.* 7. *J. hic.* 30 Ab Anastasio *l.* 6. *C. de natur. lib.* 31 Id est, invitati constitutione lata a Justino patre, quæ vetabat legitimari filios adoptione. *l.* 7. *C. de natur. lib.* 32 Id est, Justini. 33 Et ita abrogatur *d. Nov.* 74. *c.* 6. & dicta lex 6. confirmatur vero dicta lex 7. Tentari tamen possit, adoptionem reduci per *Nov.* 117. *c.* 2. Nam si sola nominatione filius naturalis sous fit, & adoptione multo magis: majori namque cum solemnitate fit: quin & alius tantum præstat nominatio, quantum adoptio, §. *ult. Instit. de adopt.* & adoptione quis nominatur filius. 34 Bene exclusa non sunt rursus admittenda. 35 Vid. Gudelin. *de Jure Novell. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 6. *Ant.* 36 Autoribus legis 1. *C. Theod. de naturalib. liberis.* 37 *d. l.* 1.

cubinæ

1 Supplementum legitimæ datur legitimato, & sic lex *omnimodo. C. de inoffic. testament.* pertinet etiam ad legitimatos liberos. 2 Oblationem. 3 Quarum una Zenonis. *l.* 5. *C. de naturalib. liberis*, alia Anastasii, *l.* 6. *d. tit.* alia Justini. *l.* 7. *d. tit.* 4 *d. l.* 7. 5 Justin. *d. l.* 7. 6 Vid. Jul. *hic n.* 317. & ita adoptio non est modus legitimandi liberos. 7 *Nov.* 12. *c.* 4. 8 *l.* 5. *C. de naturalib. lib. Nov.* 117. *c.* 2. §. *ult. Instit. de nupt.* 9 *l.* 10. *C. de naturalib. lib.* 10 *l.* 11. *C. de naturalib. lib.* 11 Id est, eripere. 12 Conceptus ante dotalia instrumenta, natus post eadem, fit legitimus. adde *l.* 5. §. 2. *l.* 15. *ff. de statu hom.* 13 Tempus, quod nascenti utilius est, semper considerari oportet: sive sit conceptionis tempus, sive partus. 14 Vide Jul. *hic cons.* 82. *n.* 319. 15 Nota, quemadmodum liberi naturales, non existentibus aliis liberis legitimis, legitimari possint a patre rescripto principis. 16 Non sine peccato uxorem habet, qui eam duxit, quam leges duci vetant. vide *l.* 7. *C. de incestis.* 17 Sacerdos dotalium instrumentorum confectione liberos non potest legitimare. 18 Et ita abrogatur *l.* 1. *C. de natur. liber.* abrogatur quoque lex Julia de Senatorum & libertinarum nuptiis. 19 Ipsa generatione. 20 Sensus est: Quemadmodum bello, contra jus naturale, servitus orta est: ita ex concupiscentia depravata naturales tantum liberi procreati sunt. 21 Id est, uncunque eam non dicat uxorem. 22 Utcunque testamento patris liberi fieri possint legitimi: ejusdem tamen legitimatio a principe confirmanda est. adde Julian. *num.* 320. 23 Id est, testamento patris. 24 Et confirmatione imperatoris: & ita legis nomen hic pro imperatore sumitur. 25 Argumentum a minore ad majus. Invitus nemo emancipatur, multo igitur minus